Vitae Archiepiscopor. Gnesnens.

Boc. 1574.

Janitii Clementis: Vitae Archiepiscoporum Gnesnensium. Cracoviae Hanschariff. 1574.

Biblioteka Jagiellońska.

II. d. 65.

Poes. 1774.
II. d. 65.

259
CIMELIA

CLEMENTIS IANITII POETÆ LAVREATI

VITÆ ARCHIEPISCOPORVM GNESNENSIVM,

Per Andream Triciſium Equitem Polonum, Secretarium Regium, nunc primùm in lucem Hieronymi Garuallij Cancellarij Gneſnenſis &c. auſpicijs æditæ.

Adiectæ ſunt per eundem eorũ vitæ, qui ab Andrea Cricio poſt obitum Ianitij illi ſedi ad annum ſalutis 1574. Coronatione HENRICI VALESII Sarmatiæ Regis memorabilem, præfuerunt.

CRACOVIÆ.
In Officina Staniſlai Scharffenbergi
Anno Domini 1574.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE
Cim. 0.257

BIBLIOTHECA UNIV. JAGELLONICAE

IN INSIGNE GENTIS GRIMALIORVM AND: TRI: EPIGRAMMA.

MILES qui ſtricto TRES TVRRES ptegit enſe
Grimaliæ gentis nobilis author erat
Arces tutatus contra vim fortiter hoſtis
A meriti hoc grato Principe ſtemma tulit.
Vnde viri fortes eius de ſtirpe creati
Tutantur patriam Marte potente ſuam.
TRINVM etiam Numen vera pietate colentes
TRES altæ TVrres ſymboſa cuius habent
Atq; ſua quas geſtat AVIS IVNonia cauda
Splendenti Galeæ deſuper impoſita,
Laude caput nunq; moritura ad ſydera tollunt,
Sectatur decus hoc quisquis in orbe ſapit.

CLEMENTIS IANITII POLONI AD GNESNAM.

Accipe Pontificum vitas & geſta tuorum,
Dicere qua licuit ſub breuitate mihi.
Scripſimus hæc Crici mandatis: illius vnum
Hoc in maiores eſt pietatis opus.

AD GNESNAM AN DREAS TRICESIVS.

IANITII Vatis uitæ quod Gnesna tuorum
Pontificum tenebris delituere diu
Obstupuit Phœbus, micq; aurem vellere cœpit,
Has ego vt in lucem protinus ire velim.
Parui, & auspicio feci volitare per orbem
GARVASSI inlignis religione viri.

REVERENDO VIRO D. HIERONYMO GARVASSIO CANcellario Gnesnensi, Decano Louicensi, Canonico Cracouiensi & Plocensi, Patrono suo colendo Andreas Tricesius.

CANCELLARIVS optimus vetustæ
Cum Gnesnæ niteas probatiori
Vita, iudicio, eruditione,
Et morum eximia suauitate,
In lucem egregium tuis poëma
Hoc iure auspicijs datur, legenti
Tali præside gratius futurum.
Quin grates quod agant tibi putato
Manes Ianitij, Archipræsulumq;
Atris eruisse illius poëma,
Horum at nomina quod modò tenebris

I

VILLIBALINVS GALLVS.

Primus Gnesnatuum conuersa vocauit Ouile
Gallus in innocuum Villibalinus iter
Nobilitate Patrum clarus, virtute sed ipsa
Clarior, & sancti dotibus ingenij

Assumptus 966. Mortuus 970. Gnesnæ sepultus.



II
HATTO SEV HANNO ITALVS.

Hatto senex Latiæ celebri de gente columnæ,
Sarmatico cœptam firmat in orbe fidem.
Subruit innumeras hæc vna columna colũnas,
Ignibus antiquos corripuitq; Deos.

Assumptus 970. Mortuus 971. in Decembre Gnesnæ sepultus.

III

ROBERTVS ITALVS.

Ausonius patria, sacri pariterq; prophani
Mirandus studij laude Robertus erat.
Comis in alloquio, facilis venientibus, vno
Durus, quòd nequit verba Polona loqui.

Assumptus 971. Mortuus 995.

IIII
S. ADALBERTVS BOHEMVS.

Qualis Adalbertus fuerit, quid Gnesna regis?
Nonnè vides sancti busta beata viri?
Quis facit hæc viuus, facit hic quæ mortuus? (aut quis
Nunc ferret ob Dominum, quæ tulit ille, suũ?

Assumptus 996. Occisus 999. Nono Calend: Maij.

V

GAVDENTIVS BOHEMVS.

Cessit Adalbertus, Frater Gaudentius orbum
Suscepit, viuo fratre iubente, Gregem,
Germano similis, similis solet esse colore
Ex vno fuerit quæ rosa nata rubo.

Suffectus 999. Mortuus 1006. Gnesnæ sepultus.

VI
HIPPOLYTVS ITÀ LVS.

Moribus Hippolytus fuerat, nisi nomen haberet
Hippolyti, raræ fama pudicitiæ.
Roma parens illi, veneranda modestia nutrix,
Cura, salus stabuli, commoditasq; sui

Assumptus 1006. Mortuus 1027.
Gnesnæ sepultus.

VII
BOSVTA POLO-NVS.

Munificus largitor opum, miserosq; iuuare
Impiger, & cleri poëna, sed æqua fuit.
Compatiens patriæ, qualem decet esse Polonũ,
Cui dolor & lachrymæ causa fuere necis.

Assumptus 1027. Mortuus 1038.
Gnesnæ sepultus.

VIII
STEPHANVS POLONVS.

Fatidicos Stephanus Patrio Pythonas ab orbe
Depulit: antiqui priscaq; Festa Iouis.
Tunc periit Phœbe, periit cum Castore Pollux,
Relliquiæ veteris, numina vana, mali.

Assumptus 1038. Mortuus 1058.
7 Martij Gnesnæ sepultus.



IX
PETRVS. I. POLONVS.

O ego si vellem rabidum monuisse Tyrannū,
Staniſlae tibi præmia præriperem.
Sed quia lentus eram, mentiſq; ad magna pu-
Barbarico timui Regis ab enſe mori. (llæ,

Aſſumptus 1058. Mortuus 1092.
Gneſnæ ſepultus.

X

MARTINVS I. POLONVS

Pomeranorum niſi ſe ſubduceret iræ,
Hic caderet ſæua captus ab hoſte manu,
Poena malos diuina viros tamen inde ſecuta eſt
Fortia pro iuſtis nam gerit arma DEVS.

Aſſumptus 1092. Mortuus 1118.
Gneſnæ ſepultus.



XI

IACOBVS. I. SNE-NENSIS POLONVS.

SNena Patrem, probitas summũ t bi tradit ho-
Obscuro q ãuis sub Lare natus eras. (norẽ,
Non Iacobe feri metuisti castra Tyranni,
Quum premeret Fratres obsidione suos.

Assumptus 1120. Mortuus 1148.
Gnesnæ sepultus.

XII
IANISLAVS I. POLONVS.

Hic minuit census, quos nuper adauxerat illi
Præcessor, sancta perditione tamen.
Multa dedit templis, sed plus, quod struxerat ipse
Cœnobio, magnæ religionis opus.

Assumptus 1148. Mortuus 1165. Gnesnæ sepultus.

XIII
PETRVS II. POLONVS.

Non alia Petrus licet esset laude, proborum,
Laus magna est, quoniã sũmus amator erat.
Talis & ipse fuit, quales complexus amore est,
Namq; sibi similem mitis & agnus amat.

Assumptus 1166. Mortuus 1182.
13 Calend: Sext: Gnesnæ sepultus.

XIIII.
SCISLAVS POLONVS.

Aedificans pagos, complens deserta colonis,
Sciſlaus templi congeminauit opes:
Illius ante dies Gnesnæ fuit arcta supellex,
Magnificam studio reddidit ille suo.

Assumptus 1183. Mortuus 1199. Gnésnæ sepultus.

XV
HENRICVS KIE=TLICZ DVX BRE=GENSIS.

Stirpe Ducum Henricus, Franciſci ex ordine,
Cõpulſus tenuit qui ſacra vela ratis, (tantæ
Libertas per eum clero datur, vxor adepta eſt,
Iuſq; noui factum ſpirituale fori.

Aſſumptus 1200. Mortuus 1219.
22. Martij Gneſnæ ſepultus.

XVI
VINCENTIVS I. POLONVS.

Quid dicam de te Vincenti? nescio an illud,
Quod trahis è patria nobilitate genus.
Nobilitas nihil est, si nuda sit, absq; probato
Pectore, vt Astræo de grege natus equus.

Assumptus 1220. Mortuus 1233.
Gnesnæ sepultus.

XVII
FVLCO SEV PELKAPOLONVS.

Fulconis studio, te qui tellure leuauit,
Staniſlae Deis redditus es ſuperis.
Officij precium tuus annulus obtigit illi,
Multaq; præterea corporis oſſa tui.

Aſſumptus 1234. Mortuus 1258. die 5. Aprilis Gneſnæ ſepultus.



XVIII
IANVSIVS POLONVS.

Doctrina, virtute potens Ianusius hic est,
Vnanimi ad tantum lectus ouile sono.
Esse putas qualem cui cunctis posse placere
Contigit, & testes tot statuisse sui?

Assumptus 1260. Mortuus 1272. 20. Augusti Gnesnæ sepultus.

XIX
PHILIPPVS POLONVS.

Sex annis electus eras: Romanus honorem
Impedit Præsul, moeste Philippe tuum.
Hei quot Gnesnęæ tunc sunt data damna cathe
Quorum Nicoleos Tertius autor erat, (dræ-

Electus 1272. Electus 1278.

XX
MARTINVS II. MONACHVS POLONVS.

Munere Pontificis Monacho data Gnesna, sed
Dum redit in foelix Felsina busta dedit. (illi
Tam cito cur moreris Legum, iuris{q;} perite?
Non potes an Stygias vincere iurè Deas?

Prouisus 1278. Moritur 1279. Sepultus Bononiæ in Coenobio D. Castoris.

XXI
VLOSTIBORIVS POLONVS.

Vlostibori qd agis? cur sic tibi vita modesta est?
Dignus es, & sacras pascere spernis oues?
Nicoleos causa est, fuerat quæ causa Philippo
Gaudeo facta animi quod rata vota tui

Electus 1279. Deposuit 1283.

XXII
IACOBVS. II. SVVIN-KA POLONVS.

Succula paſcit oues, pecudes pecus, & tamen
Caula ſub hoc & non ſub meliore volet eſſe
Gratia magna tibi Pater o ſanctiſſime, per te
Damna tulit, per te cõmoda Gneſna tulit.

Aſſumptus 1283 Mortuus 1301. Die 4. Martij Gneſnæ ſepultus.



XXIII
BORISLAVS POLONVS.

Cõmoda dũ quærens Patriæ versaturin aula
Pontificis, curis obrutus occubuit.
Gallia redde virum, Patria dignissimus ille est,
Cur habet immeritum mortuus exilium?

Electus 1307. Mortuus 1311. vltima lunij Bononiæ in Coenobio D. Castoris sepultus

XXIIII
IANISLAVS. II. POLONVS.

Boriſlaus obit, Clemens cape, dixit, Ouile
Ianiſlae tui cum titulis Domini.
Excepit reducem patriæ fauor, ob quod & illæ
Ille vir innumeris extulit officijs

Aſſumptus 1312. Mortuus 1341.
3. Cal: Nouemb: Gneſnæ ſepultus.

XXV.
IAROSLAVS BOGORIA POLONVS.

Bogoriam lapides, muri, delubra loquuntur,
Et quas pro templis ille reliquit opes.
Foelix qui potuit famam meruisse perennem,
Foelix quem populi, saxaq; multa sonant,

Assumptus 1342. dimisit 1373. Morituus 1376. die 16. Septemb: Gnesnę sepul:

XXVI
IOANNES SVCHYVVILK POLONVS.

Quid Clerum Suchyvvilce premis furioſus in (iras
Cognatos tantum natus amare tuos?
Anne tibi mores conceſſit auunculus iſtos,
Conceſſit tanti cum tibi iura loci?

Aſſumptus 1373. Mortuus 1382. Die 5. Aprilis Gneſnæ ſepultus.



XXVII
BODZANTA POLONVS.

Tempore Bodzantæ: Christi se fonte Iagello
Tingit, Lechiaci sceptra capitq; soli.
Cætera si desint, erit hoc memorabilis vno
Lituanis veram quòd dedit esse fidem.

Assumptus 1382. Mortuus 1389. 28
Decembris Gnesnæ sepultus.

XXVIII
IOANNES. II. KROPI-DLO DVX OPOLIEN-SIS.

Primus apud Papā mercatur tēpla Kropidlo,
Dux & inexpletæ flumen auariciæ.
Res malè succeſſit: miſero detruſus honore eſt,
Qui peccat vitio perditur ipſe ſuo.

Obtinuit 1389. Electus 1394.

XXIX
DOBROGOSTVS POLONVS.

Non cupit, eligitur merito sed Regis amore,
Cum Posnaniacum rexerit ante gregem.
Vita modesta viro quem non captauit honorē
Adtulit, hæc virtus præmia semper habet.

Assumptus 1394. Mortuus 1402. 14. Septembris Gnesnæ sepultus.

XXX
NICOLAVS. I. CVRO-VIVS POLONVS.

Flete canes, aquilæ, Curoui busta sepulti,
Flete ioci, veneres, tympana, lucra, lyræ.
Vester erat totus, vos illi fata dedistis
Congrua, cum celeri labitur altus equo.

Assumptus 1402. Mortuus 1411. die 7. Septemb: Gnesnæ sepultus.

XXXI
NICOLAVS. II. TRAMBA PRIMAS POLONVS.

Hunc fieri Papam voluit constantia, rari,
Munifici, placidi, mota fauore viri.
Metropoles vno ille duas accepit in anno,
Dignus fortunæ prosperitate suæ.

Assumptus 1411. Mortuus 1422. 4. Decembris Gnesnæ sepultus.

XXXII
ALBERTVS. II. IA= STRZEMBIEC POLO: NVS.

Hic erat accipiter factis & nomine, iniquas
Congessit, varijsquas rapiebat, opes.
Condit hūi, effosas gula deuorat āpla nepotis
Non benè, quæ fuerit res malèparta, perit.

Assumptus 1423. Mortuus 1436. 14 Septembris Gnesnæ sepultus.



XXXIII
VINCENTIVS II. COCVS CARDINALIS POLONVS.

Effusus donator opum, sumptuq; superbo,
A mensa stomachi languidioris erat.
Hunc noua cardineo texit fortuna galero,
Sarmatico nulli quod dedit ante viro.

Assumptus 1437. Mortuus 1448. 14.
Septembris Gnesnæ sepultus.

XXXIIII
VLADISLAVS OPOROVIVS POLONVS.

Patre Palatino fatus est Oporouius, auro
Pinguis, at in facie præmacilentus erat.
Nec mirũ, nam membra cibo refouere solebat
Exiguo, medius Tantalus inter aquas.

Assumptus 1449. Mortuus 1453. 17.
Martij in Coenobio Oporouiensi sepultus.

30

XXXV
IOANNES. III. SPROVIVS POLONVS.

Sprouius antiquæ laus, splendor, gloria gentis
Illa licet meritis splendida semper erat.
Qualis erat quæris? dicã, nec multa morabor,
Aequauit morum nobilitate genus.

Assumptus 1453. Mortuus 1464. 14.
Aprilis Gnesnæ sepultus.

XXXVI

IOANNES. IIII. GRVSCINIVS POLONVS.

Lasciuus, petulans, mollis, propensus in omne
Gruscinius vitium, nequitiamq; fuit.
Dum bibit ad sacras, & cantat nocte, lucernas,
Protinus incautum morsinopina rapit.

Assumptus 1464. Mortuus 1472. 8. Octobris Gnesnæ sepultus.

XXXVII
IACOBVS III. DE SIENNO POLONVS.

Vir pius & patiens, non longam pronus ad iram
Qui fortis varium pertulit imperium.
Struxit Adalberto de marmore Mausolæum,
Dignus qui tantum conderet vnus opus.

Assumptus 1472. Mortuus 1488. Gnesnæ sepultus.

XXXVIII
SBIGNAEVS OLESNICIVS POLONVS.

Magnanimus vindex Patriæ, pietatis asylum,
Pro grege qui gessit prælia iusta suo.
Huic similem fas est vobis sperare Poloni?
Nunquam, Sbignæum qui superabit, erit.

Assumptus 1488. Moritur 1493. Gnesnæ sepultus.



XXXIX
FRIDERICVS CARDINALIS REGVLVS.

Penè mihi puero Cracouia, Gnesna, Galerus
Contigit: hei vitæ stamina parca meæ.
Esse decet qualem magno de Rege creatum,
Cæsareoq; virum sanguine, talis eram.

Assumptus 1493. Mortuus 1503. 14.
Martij Cracouiæ sepultus.

XXXX
ANDREAS. I. ROSA POLONVS.

Vna tot æstates vixit Rosa florida semper,
Et vernans nullo tempore digna mori.
Cana quidem, sed grata tamen fuit ōnibus illis
Qui choreas, ludos, delitiasq; colunt.

Assumptus 1503. Mortuus 1509.
Gnesnæ sepultus.



XXXXI
IOANNES·V·LASCIVS LEGATVS NATVS PRIMAS POLONVS·

Relligionis amor, patrię pater, auctor honoris
Gnesna tui, casus cum pietate pudor.
Lascius o sanctæ mors sancta simillima vitæ,
Sic, o si fas est, sunt mea vota mori.

Assumptus 1510. Mortuus 1531. 19.
Maij Gnesnæ sepultus.

XXXXII
MATTHIAS DRZEVICIVS POLONVS.

Parcus eram forsan, vel sic me fama vocabat,
Quæ solet insignes insimulare viros.
Siue tamen fueram, cur sim vitiosus in isto?
Est virtus rebus parcere magna suis.

Assumptus 1531. Mortuus 1535. Gnesnæ sepultus.



XXXXIII
ANDREAS. II. CRICIVS POLONVS.

Omnia solus erat Cricius, quem sorsq; Deusq;
Certabant summis vincere muneribus.
Sorstandē indoluit quod erat contēpta sub illo
Maturamq; virum sustulit ante diem.

Assumptus 1535. Mortuus 1537. Cracouiæ 10. Maij ipso die Ascensionis Domini hora 17. Gnesnæ sepultus die Lunæ 8. Iulij.

Heu quæ restituent misero mihi sæcula talem?



XXXXIIII
IOANNES. VI. LATALICIVS POLONVS.

Aedite Sauromatum Latalici stirpe vetusta
Feciſti patrium quæ decuere genus,
Comis, & ingenuo candore notandus, obidq;
Nil malè quod de te fama loquatur habet.

Assumptus 1537. Mortuus 1540. die 29. Augusti circiter horã 22. Gnesnæ sepultus.



XXXXV
PETRVS. III. GAMRATVS POLONVS.

Fortunę exemplū memorabile gessit vtrunq;
Gnesnæ & Cracouiæ Pontificale pedum.
Vir grauis, ac constans, & Regi gratus, & Aulæ
Antbrace Gamratus post sua fata subit.

Assumptus 1541. Mortuus 1545. die 27. Augusti hora 17. Cracouiæ sepultus.

XXXXXVI
NICOLAVS III. DZIER GOVIVS POLONVS.

Te fauor ad magnos Regis prouexit honores,
Et primum patriæ fecerat esse caput.
Largus erasinopi: nec certè iniurius vlli:
Non est parua boni laus quoq; & ista viri.

Assumptus 1546. Mortuus 1559. 16. Februarij Gnesnæ sepultus.



XXXXXVII
IOANNES. VII. PRZEREMBIVS POLONVS.

Hic sublime genus veris virtutibus auxit,
Insignis posſens dotibus ingenij.
Parca sed in medio vitæ hunc rapit inuida cursu,
Cum patriæ posſet cõmodus esſe suæ. (su,

Assumptus 1559. Mòrtuus 1562. die 19. Ianuarij Louicij sepultus.

XXXXVIII
IACOBVS. IIII. VCHANIVS POLONVS.

Vchanius pietate nitens, vt semper obiuit
Sedulus officij munera cuncta sui,
Sic aduersa malis, senium tulit ille per omne
Plurima constanti pectore, temporibus.

Assumptus ex Cuiauiensi in Archiepiscopum
1562.

AD EVNDEM REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM AC DOMINVM D. IACOBum Vchanium Archiepiscopum Gnesnensem, Regni Poloniæ Primatem &c: patronum suum beneficentissimum, post peractam foeliciter Henrici Regis coronationem, Andreæ Tricesij Lyricum.

Sic te diue senex potens
Terrarum atq; poli protegat arbiter,
Et foelicia tempora
Vitæ huius fragilis proroget, & tuam
Nulla caniciem sinat
Angi difficili sollicitudine:
Postquam PRINCIPIS inclyti
Regni Lachiaci te diademate
Sacro cingere tempora
Fecit Sauromatum propitius bonis.
Donatus rude maximo
Reddas vota Deo cum precibus pijs,
Nostris aurea sæcula
Quod terris redeant, quòd redeat nitor
Regni Priscus, & alite
Dextra res Lachiæ fors bona prouehat.

ARCHIEPISCOPORVM GNESNENSIVM SERIE ALPHABETIca Catalogus.

A

Adalbertus Bohemus 4.
Albertus 2. Iastrzembiec 32.
Andreas 1. Rosa Polonus 40.
Andreas 2. Cricius Polonus 42.

B

Bodzanta Polonus 27.
Borislaus Polonus 23.
Bosuta Polonus 7.

D

Dobrogostus Polonus 29.

F

Fridericus Regulus Cardinalis 39.
Fulco seu Pelca Polonus 17.

G

Gaudentius Bohemus 5.

H

Hatto seu Hanno Italus 2.
Hippolytus Italus 6.
Henricus Kietlic Dux Bregensis 15.

I

Iacobus 1. Snenensis Polonus 11.
Iacobus 2. Svvinka Polonus 22.
Iacobus 3. de Sienno Polonus 37.
Iacobus 4. Vchanius Polonus 48.
Ianislaus 1. Polonus 12.

Ianislaus

Ianiſlaus 2. Polonus 24.
Ianuſſius Polonus 18.
Iaroſlaus Bogoria Polonus 25.
Ioannes 1. Suchyvvilk Polonus 26.
Ioannes 2. Kropidlo Dux Opolienſis 28.
Ioannes 3. Sprouius Polonus 35.
Ioannes 4, Gruſcinius Polonus 36.
Ioannes 5. Laſcius Polonus 41.
Ioannes 6. Latalicius Polonus 44.
Ioannes 7. Przerebius Polonus 47.

M

Martinus 1. Polonus 10.
Martinus 2. Monachus Polonus 20.
Matthias Drzeuicius Polonus 42.

N

Nicolaus 1. Curouius Polonus 30.
Nicolaus 2. Tramba Primas Polonus 31.
Nicolaus 3. Dziergouius Polonus 46.

P

Petrus 1. Polonus 9.
Petrus 2. Polonus 13.
Petrus 3. Gamratus Polonus 45.
Philippus Polonus 19.

R

Robertus Italus 3.

S

Sbignæus Oleſnicius Polonus 38.
Sciſlaus Polonus 14.
Stephanus Polonus 8.

V

Villibalinus Gallus 12
Vincentius 1. Polonus 16.
Vincentius 2. Cocus Cardinalis Polonus 33.
Vladislaus Oporouius Polonus 34.
Vostiborius Polonus 22.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA

IX. 5. 66.